narũ. In eo quoq; crimine piclitata libertas ueneta eſt. Qui Romã cũ fortu nato ierit. Honeſtius credo cũ ſcurra aliquo: q̃ cũ patriarcha ꝓfectus eſſet. Iuerũt ad ſpectaculũ illud nõ ſolũ multi quos preſentes hic cernimus: ſed italia fere oĩs. At ſenſit pipini ſocietatem. Id uero patres ſi crimẽ eſt (Libere loquar) actũ de libertate ueſtra eſt. Si cuiq; dicere nõ licet ſniam de repub. quã ſentit. Tyrãnorũ iſte mos: ut audire nolint qd̃ ingratũ illis eſt: nõ liberorũ populorũ. Qui ſi fęlix euentus aduerſam ſniam cõprobaſſe uidetur: meminiſſe debẽt datã homini a deo mẽtẽ bonã: fidẽ integritatẽ. Nõ aũt diuinandi rõem. Tantũ ne fuit ſcelus ſi ptimuit obelerius bellũ cũ potentiſſimis regibus ſuſcipe? Bellum inq̃ atrox: picula labores: impendia: quę ꝓfecto oĩa ſunt cõſecuta. Quid eſt magis ducis ꝓpriũ q̃ ciues ſuos in pace cõtinere? bella uitare? Porro ſi Pipinus cõpluſculos dies in his traxiſſet morã littoribus. Sed plura nõ licet: ne dãnare uidear ſniam quã deus meliorẽ approbauit. Reliquũ eſt tẽpus in quo poſt ſecũdũ Nicetę aduẽtũ: De pace iter pricipes agi cęptũ. Vbi iactari audio neſcio quę uoce ſubmiſſiori. Qui altius ꝓferũt: ut oẽs exaudiãt? Si uera ſunt reipu. ſatiſfiat: ſin falſa dent ut redargui poſſint. Iam dudũ hoc queror. Orauimuſ ut illis fiat publica ueniendi ptãs: exaudire nolunt. Illud ꝓfecto mihi tribuni ꝓbare non poteſtis. Aliter iuſtitię poſſe ſatiſfieri: q̃ ut ueritas e tenebris i lucẽ eruatur. Quo igitur pacto melius id conſeqmini? Teſtibus ne & certioribus argumẽtis: an ſolis maledictis: & uulgi ſuſpicione? Cęterũ ut q̃tum ſit in ea re piculi: itelligatis. Dicũt pipinum i iurgio obeleriũ ꝓditorẽ appellauiſſe. Ergo quia iuuenis impotẽs & iracũdus (ut ipſi quoq; fatentur) qui qd̃ uolebat aſſeq nõ poterat: in cõuicia ꝓrupit: ẽt ſi falſa ſit ementitus: pdendus erit obelerius q̃ ſi ꝓditor? Quid ſi nũc oſtẽdo aliã eius cõuicii cãm extitiſſe? An ignoratis patres queſtũ ſępius pipinũ ꝙ impatoriã claſſem pecunia iuuiſſetis: & ſupplemẽto? Nõne dignus eſt hic nodus: qui certioribus teſtibus diſſoluatur? Igitur (ut aliq̃do finiã) aut uetus uobis ſeruãdus ẽ mos plenus iuſtitia: aut ambitiõis: & inuidię morſibus: oĩa pmittenda. Hęc ſunt patres fere oĩa crimina quę cõquiſitis undecũq; calũniis colligere inimici potuerũt: ex ducatu ſex ãnis geſto. Neq; hęc defendẽdi illius cauſa dixi: Quid. n. purgarẽ ea quę nõ obiiciuntur? Sed tantũ ut oſtẽderem peſſimũ exemplũ agi: & a ueſtra ęquitate atq; iuſtitia ꝓcul abigendũ. Nihil eſt eñi ad ſeditionẽ ꝑniciũius preſertim i liberis populis: q̃ uarietas iudiciorũ. Sed qd tandẽ beato fratri obiiciũt: cuius de piculo nõ minus agitur: q̃ obelerii. Nũquid & ipſe duces expulit? Aut gallicã ducit uxorẽ? aut deniq; quicq̃ illi rei cũ pipio? Qui abfuit legatus cõſtantinopoli? Et i piculũ una cũ fratre rapitur oĩum fortunarũ. Quę quũ ita ſint: nõ poſſum exiſtimare patres uos pp alteriuſ forte imprudentiã alterũ inſontẽ: & qui nihil mali cõmiſit ꝑdere inimicis uelle potiuſq̃ pp beati fratris innocẽtiã obelerii imprudẽtiæ ueniã dare. Orationẽ: